

quia legitime impeditus fuit, quominus determinato tempore, & expleto uso ipsius equum restitueret, casum fortuitum prestare non teneretur; deducitur ex leg. II. l. 40. ff. de hered. petit. leg. Ubiq. 16. ff. de rei vindic. l. De eo 12. §. Si post ff. ad exhibend. Pirhing. lib. 3. Decret. tit. 15. n. 8. dummodo equus commodatus similiter periturus non fuisset apud dominum, si suo tempore, & loco restitutus fuisset; nam si equus commodatus eodem modo periturus fuisset apud dominum, etiamsi suo tempore, & loco restitutus fuisset; tunc commodatarius non teneretur ad compensandum damnum, quia ratione illius morae licet culpabilis, non fuit causa interitus equi commodati, sive damni illati, siquidem equus eodem modo periturus fuisset etiam apud proprium dominum, leg. Si plures 14. in fine ff. de pariti. Navarr. cap. 17. Manual. num. 80. Silvester verb. Commodatum quest. 4. Azor. part. 3. lib. 7. de commodato cap. 7. quest. 3. §. Quae res, Molina trad. 2. disput. 295. num. 4. Lessius lib. 2. de iustitia & iur. cap. 7. num. 38. Engel tit. de pactis §. 7. num. 26. Pirhing. lib. 3. decret. tit. 15. numer. 8. Reiffenstuel ibid. num. 32. & alii. Hoc tamen est intelligendum, si dominus non erat equum venditurus; tunc enim nihil ei perit, quia si fortassis interea dominus equum sibi restitutum vendidisset, non apud se, sed apud alium perisset, & sic cum commodatarius ratione suae culpabilis morae talem iacturam equi causasset commodanti, teneretur de damno; Gloss. ad regul. de iuris in 6. verb. Mora sua :: Pirhing. l. 3. decret. tit. 15. de commodato sub n. 8. Zoelius ff. de commodato num. 11. & alii. (Vid. proxim. num. 38. & per tot. Add. bisp. novis. lit. A. pag. 242. col. 2. & p. 243. col. 1. Vide verb. Depositem.)

46 Datur etiam quartus casus, in quo commodatarius prestare debet casum fortuitum, nempe si res commodata tradatur aestimata commodatario; Gloss. in leg. Sicut certo 5. verb. Periculum ff. commodati, vel contra, Bartolus ibid. & alii. Et ratio est, quia commodanti non fuit facta aestimatio, nisi ut de illius pretio teneretur commodatarius, si forte non restituat, nempe talem aestimationem non exhibet commodans, nisi ut de ea fiat securus in quoslibet futuros casus, aut de illius valore, si forte pereat: Adeoque commodatarius accepta aestimatione eodem casu fortuito a se praestando suscipit, ut iure definitum est; leg. Si ut certo §. ff. commodati, vel contra, ibi: Si fore res aestimata data sit, omne periculum praestandum est ab eo, qui aestimationem se praestaturum recipit, l. Actio 1. §. 1. ff. de aestimatoria actione, lib. 19. tit. 3. ibi: Aestimator periculum facit ejus, qui suscipit: aut igitur ipsam debet incorruptam reddere, aut aestimationem, de qua convenit; leg. Plerumque 10. §. 5. de iure dotium lib. 23. tit. 3. quia ut ibi dicitur: Aestimator venditio est. (Vid. utpote ad rem conducit lit. D. pag. 118. ex num. 11. ad 23. exclusive. Tit. 1. p. 5. leg. 1. tit. 16. lib. 3. For. Reg. in princ.)

47 Colligitur octavo, commodatarius ad nullum damnum teneri, licet res commodata culpa nuntii, vel casu fortuito pereat, quando ipsam rem commodatam consignavit ipsi nuntio a commodante misso cum mandato, ut ipsam repeteret, & ferret; tunc enim ipsa res commoda-

Per varias Romanorum leges, & Auctores corroboratur doctrina, quando commodatarius ad damnum teneretur, pereunte re commodata nuntii, casu fortuito, ei tradita cum mandato, vel solum ut restitueretur, sine mandato ut per eum mitteret commodatam: primo in casu excusatur commodatarius: non vero in secundo: haec doctrina conformis nostris legibus iudicatur; sed si verificetur, nuntium, ut restitueret solum, non ut mitteret per eundem, missum, commodatarius decepsisse, asserendo mandatum habere a commodante, ut ei ad restitutionem traderetur: si commodatarius assertum crediderit, & nuntio res consignata per ipsum fuerit, non liberatur, casu fortuito, seu culpa ejus (1) pereunte.

(1) L. 4. tit. 2. p. 5. Ibi: Mas si aquel que oviese emprestado tal cosa, & enviase por ella algund ome suyo, é aquel que la tenia, gela diese, si aquel su ome que envió por ella, la perdiere, ó la mal metiese, ó se fuese con ella, perderse ya á aquel cuya fuese, é non á aquel que la tomó emprestada. Pero si éste que la había prestado, é cuya era, enviase decir á aquel á quien

ta domino perit ratione mandati per commodantem dati de consignanda re commodata ipsi nuntio ad hoc missos, textu expresso in leg. Eum, qui rem, §. Sed & si dum, ff. hoc tit. Secus autem esset, si nuntius, vel famulus missus fuisset tantum commendandi causa, ut res commodata restitueretur a commodatario sine mandato, ut per eum mitteret; tunc enim commodatarius tali nuntio, seu famulo rem commodatam consignans non excusaretur, si casu fortuito, vel dolo, seu culpa illius nuntii res periret; Bartol. in cit. leg. Eum, qui rem, §. Sed & si dum, verb. Tertio: Pirhing. cit. lib. 3. tit. 15. de commodato n. 10. Reiffenstuel ibid. n. 35. & alii. Hoc tamen est intelligendum, si nuntius ille communiter pro fidei, ac idoneo non habeatur; arg. cit. l. Eum qui 10. §. Sed & si dum ff. loc. cit. & l. seq. §. l. Argentum 20. ff. hoc tit. Reiffenst. loc. cit. num. 35. Commodatarius eligens ipse nuntium, seu famulum, per quem remittitur commodanti rem commodatam, si res commodata culpa nuntii pereat, vel deterioretur, teneretur de omni damno; sibi enim imputare debet, quod talem malum nuntium, seu famulum elegerit; textu expresso in citat. leg. Eum, qui 10. §. leg. sequent. de hoc ratione reddente, his verbis praecisus: Qui non idoneum hominem elegit ut rediret id (scilicet commodatum) perferri posset. Et hoc est intelligendum, si nuntius, seu famulus a commodatario electus communiter pro fidei, ac idoneo non habeatur; nam si commodatarius remittit rem commodatam per servum, communi opinione pro fidei, & idoneo habitum, non cogitur restituere, licet res per servi dolum, seu culpam pereat, aut deterioretur, textu expresso in leg. Argentum 20. loc. cit. ibi: Argentum commodatum si tam idoneo servo meo tradidisset ad te perferendum, ut non debuisset quis existimare futurum, ut quibusdam malis hominibus deciperetur; tum, non meum detrimentum erit, si id mali homines interceptissent. Et id ipsum brevius, & clarius tradit Bartol. in Summario ibidem his verbis: Si res culpa nuntii perdat, perit periculo domini, si remittens non fuit in culpa male electionis, & tenet Zoelius in Commentar. ff. hoc tit. n. 13. Azorius part. 3. lib. 7. de commodato cap. 8. quest. 1. Navarr. cap. 17. manual. n. 185. Pirhing. loc. cit. n. 10. Reiffenstuel ibid. n. 37. & alii passim.

Colligitur nono, commodatarius in casibus fortuitis, v. gr. in incendio, naufragio, incursione hostium, & huiusmodi posse res suas pretiosiores praeferre, & salvare pra alienis minus pretiosis, quando utraque salvare non possit: In tali enim casu commodatarius eripiendo propria, quae magis pretiosa sunt, & deferendo aliena sibi commodata, quae minus pretiosa sunt, nihil restituere debet. Et ratio est, quia quilibet vir prudens, ac diligens, quae pretiosiora sunt anteposit minus pretiosis, commodatarius autem non teneretur facere circa alienas res sibi commodatas, nisi quod diligentissimus faceret circa proprias; ideoque &c. Ita Gloss. in leg. Si ut certo, verb. Solere facere, ff. commodati, Abbas in cap. 2. de deposito, num. 2. Angelus, verb. Commodatum num. 16. Azorius part. 3. lib. 7. de commodato cap. 7. quest. 6. Lessius lib. 2. de iust. & iur. cap. 27. num. 23. Layman. theol. moral. lib. 3. tract. 4. c. 7. n. 7. Pirhing. lib. 3. decret. tit. 16. Reiffenstuel. ibid. 40. Engel. ibid.

la había prestada, que gela enviase por algund su ome de recabdo, en quien se fiese, é este atal por quien gelo envió á decir cambiase la razon, é digese que le enviaba decir, que gela enviase por si mismo, si este que la tiene lo creyese, é gela diese, si la perdiere, ó se fuese con ella, es el peligro de aquel que la tiene prestada.

num 9. & commun. Si vero res commodata pretiosiores sint rebus propriis ipsius commodatarii, & in casu fortuito utraque salvare nequeat, teneretur commodatarius res alienas pretiosiores sibi commodatas salvare postpositis propriis minus pretiosis. Et ratio, quia commodatarius ex natura contractus commodati se tacite obligat ad exactissimam rei commodatæ custodiam; leg. 1. §. Is quoque, ff. de actionib. & obligat. ibi: Exactissimam diligentiam custodienda rei prestare compellitur, & ad eam custodiam, qualem quisque prudentissimus pater familiae rebus suis adhibet, leg. In rebus 18. ff. commodati: sed quilibet paterfamilias, & prudens, seu diligens, quae pretiosiora sunt anteposit minus pretiosis, & vitiosioribus relictiis, quae pretiosiora sunt, salvat, ergo &c. Ita Abbas in cit. cap. 2. n. 2. de deposito, Angelus verb. Commodatum num. 16. Layman loc. cit. num. 7. Silvester verb. Commodatum quest. 12. Reiffenstuel loc. cit. num. 43. & alii. Immo commodatarius teneretur praeferre, & salvare res commodatas, relictiis propriis, quando ambe sunt aequalis pretiositatis, nec utraque salvare potest; leg. Si ut certo, §. Quod vero, ff. commodati, ibi: Proinde & si incendio vel ruina aliquid contingit, vel aliquod fatale damnum, non renebitur, nisi forte eum res commodatas salvare facere possit, suas praefert. Et ratio est, quia in pari causa magis convenit commodatarius, in cuius solius gratiam contractus institutus fuit, ex fortuito casu damnum sustinere, quia ut iure cautum est, in leg. 1. §. Is quoque, ff. de actionibus, & obligationibus. Nec et, commodatario, sufficit eam diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, & tenetur Commodatum, quest. 12. Sylvest. sic dicens: Sed si erant pretiosiores, si commodatum factum est causa sui commodatarii, non potest praeferre suas, Lessius lib. 2. de iust. & iur. cap. 27. num. 29. Layman. loc. cit. num. 7. Pirhing. lib. 3. decret. tit. 16. num. 18. Reiffenstuel ibid. num. 42. & alii. Commodatarius, si in casu fortuito omnes res salvare non potest, potest praeferre res suas; si utiles sint, & ipsas salvare, relictiis rebus commodatis, quando commodatum factum est in gratiam solius ipsius commodantis; facit lex. Si ut certo, §. Interdum, ff. commodati, leg. Quod Nervæ in fin. ff. de deposito; & tenet expresse Sylvester verb. Commodatum quest. 12. & alii. Sic etiam potest commodatarius res suas praeferre, & salvare pra rebus commodatis, quando utraque salvare non potest, etiamsi commodatum factum sit in gratiam utriusque, ut tenet similiter Sylvester loc. cit. his praecisus verbis: Si vero gratia utriusque, similiter potest praeferre suas, quia ceteris paribus, debet plus se, & sua diligere, quam alium, & aliena, Gloss. in leg. Si ut certo, §. Quod vero, ff. commodati, verb. Salvus faceret: Bartol. ibid. & favet multum Abbas in cap. 2. num. 2. de deposito, Reiffenst. tit. 16. numer. 42. & alii. (Vide verb. Depositem per totum.)

57 Si pluribus simul res commodata sit, contra singulos in solidum actio commodati datur, nisi aliud placuerit ab initio, ut placuit, dum convenit ut res commodata esset pluribus periculo communi, id est, ut unusquisque praestaret partem; leg. 21. §. 1. ff. commodati.

60 Deficiente vero conventionem hac, singuli tenentur in solidum, ita ut duo quodammodo rei habeantur, & si alter conventus praestiterit, liberetur alter, electione commodanti tributa, quem convenire velit; leg. 5. §. ultim. ff. eodem, junctis leg. 3. ff. de duobus reis con-

suetud. nisi unus solus pro re commodata sibi furto subducta, egerit furti, permittente secundum Jus novissimum commodante, & furti actioni renuntians; tunc enim si alter convenitur, qui furti non egit, & paratus sit periculo suo convenire alterum, qui agendo furti lucrum ex re commodata sensit, audiendus, & absolvendus est; leg. 7. princip. ff. eodem pariter titulo.

Quin & si ex duobus eisdem rei commodatariis unus rei in solidum restituenda facultatem habeat, equum haud est alterum de rei restitutione conveniri; nam & quum plures haeredes sunt ejusdem commodatarii, unus vero ipsorum totam rem possidet, atque ita solida rei restituenda facultatem habet, solus is damnari debet, quasi hoc conveniat arbitrio boni Judicis: uti & tunc quum unus eorum non ex defuncti, sed proprio facto hac actione interpellatur, licet alioquin ita Jus sit, ut haeredes commodatarii singuli pro ea tantum parte, qua haeredes sunt, conveniri debeant; leg. 3. §. 3. leg. 17. §. 2. ff. de iud. lit. (Lex 5. tit. 2. part. 5.)

COMMUNIO.

COMMUNIO; vide verb. Eucharistia num. 40. 41. & 42. verb. Missa art. 11. num. 7. ad 46. & art. 14. num. 22. 23. & verb. Resolutiones Sac. Congr.

Communio populi infra missam non est de praecipuo; Benedictus XIV. tom. 1. constit. 64. incip. Certioresque Et iustus ex causis prohiberi potest; idem ibid.

Communio sub utraque specie tolleratur pro Graecis, ubi viget consuetudo; idem constit. 57. incip. Etsi Pastoralis, §. 6. Quae tamen consuetudo alibi introduci prohibetur; idem ibid. Communionis paschalis tempus pro rogatur pro incolis Serviae; idem constit. 39. incip. Inter omnigenas, §. 21. Ad primam communionem admitti non debent pueri in doctrina christiana non satis edocti; idem constit. 42. incip. Etsi minime, §. 9.

Alia ad rem, vide verb. Eucharistia num. 40. 41. & 42. verb. Missa art. 11. & num. 7. ad 46. & art. 12. numer. 22. & 23. necnon decreta Sac. Rit. Cong. in tom. 10. bujus Biblioth.

COMMUTATIO LEGATORUM piorum.

Vide verb. Legatum a num. 133. ad 165.

COMOEDIE.

De comoediis apud christianos usi; & quantum licitas, quantum vero illicitae patrum, theologorumque auctoritate comprobentur.

COMOEDIAE à superstitionis gentibus originem trahunt, & primum apud Graecos, deinde apud Romanos usurpatæ fuerunt. Veluti moribus, ac publico bono noxias improbat Platô lib. de Republica, ac damnarunt etiam nonnulli Romanorum sapientes. De earum origine, varietate, vicissitudine, & mutationibus egregie scripsit

Dummodo quilibet ex commodatariis ad rei restitutionem in solidum non se obligasset non est compensatus adversus singulos actio in solidum; immo quisvis pro parte conveniendus venit, nec ad plus tenebatur quam pro dimidia, si duo fuerint commodatarii (1).

(1) Leg. 5. ejusd. ibi: E aun decimos, que si una cosa fuere emprestada á dos ome ó mas, é quando gela emprestaron, non se obligasen cada uno dellos en todo, para tornarla, si aquella cosa se perdiere, tenudos son cada uno dellos, de pechar su parte é non mas. Leg. 1. tit. 16. lib. 5. Establecemos, que si dos personas se obligaren simplemente por contrato, ó en otra manera alguna para hacer y cumplir alguna cosa, que por este mismo hecho se entiendan ser obligados cada uno por la mitad; salvo si en el contrato se digere, que cada uno es obligado insolidum, ó entre si en otra manera fuere convenido, é igualado.

1 sit Vir clar. Joan. Antonius Bianchi, Ordinis minorum de Observantia in opere nomine Laurisii Past. Arc. Roma vulgato anno 1753. Vide praefationem ejusdem operis.

2 Sancti ecclesiae Patres unanimi consensu comedias improbarunt, atque uno ore clamaverunt, vetitum christianis esse, non solum actores, sed etiam spectatores in comediis esse. Patrum hac de re sententias collegit, & accurate recensuit omnes P. Daniel Concina in oper. de spectaculis theatralibus; easque indicaverat antea Natalis Alexander in histor. eccl. IV. seculi, cap. 6. art. 3. atque inter alios inculcaverat Hieronymus Florentinus Cong. Matris Dei Theologus in opere inscripto: Comodo Crisis. &c. ubi observat, nuncupatas à Patribus fuisse sacrarium Veneris, impudicitia consistorium, damnatum inventum, pudoris publici lupanarium, obscenitatis magisterium, scholam faditatis, & lasciviae, & fornicationis gymnasium, & intemperantiae, & inhonestatis exemplar.

3 Interdicta quoque hujusmodi spectacula à Conciliis fuerit sub gravissimis poenis. Vide Concilium Illiberitanum canon. 62. & 67. Arelatense 1. canon. 5. Carthaginense 3. canon. 2. Carthaginense 4. canon. 80. Concilium Africanum canon. 28. vel 61. secundum codicem canonum ecclesiae Africanæ, Arelatense 2. canon. 20. Trullanum canon. 51. Cabilonense 2. canon. 20.

4 Cum apud gentes superstitiosa essent hujusmodi spectacula, quod in falsorum numinum obsequium plerumque fierent, ac etiam obscenitatis plena essent, facile intelligere est, quae de causa ab antiquis Patribus, & Conciliis iam severe christianis prohiberentur. Num vero iis etiam seculis, theatrale spectacula, atque comedias Patres interdixerint, questio inter theologos est. Natalis Alexander loco supracitato, & Docti quamplures Galli theologi, atque P. Concina, tum in laudato opere, tum in alio hactenus deinceps scripto, opinantur, omnem omnino comediam Patres damnasse veluti christianæ professionis inimicam. Atque hinc inferunt, christianis omnibus illicitum esse spectaculis hujusmodi interesse, si quis delectari, & contra solemnem illud fœdus agere, quod cum Deo in Baptismo susceptione inierunt, abrenuntians satanae, & omnibus pompis ejus. Satana enim abrenuntiationem, inquit, christianos profiteri idololatriæ detestationem; abrenuntiationem operum satanae, detestationem eorum omnium, quae naturæ, ac Dei lege prohibita sunt; hæc enim cum peccata sint, opera diaboli dicuntur; abrenuntiationem denique pomparum satanae, detestationem illarum rerum atque functionum, quae vanitatem, concupiscentiam oculorum, concupiscentiam carnis, & superbiam vitæ fovant, & excitant. Ita enim professionem in Baptismo factam explicari à pluribus antiquis Patribus ostendit Concina in operibus supra citatis, ubi laudat Tertullianum lib. de spectaculis cap. 24. Cyrillum Hierosolymitanum Catechesi 1. Joan. Chrysostomum homil. 24. ad populum Antiochenum, Ephræmum Syrum, Cæsareum Arelatensem, aliosque.

5 Contra vero Florentinus supracitatus, Manzius, Ludovicus Antonius Muratorius, Scipio Maffejus, ac noster Joannes Antonius Bianchi, alique quamplurimi contendunt, non omnes omnino comedias improbatas à Patribus fuisse; sed eas tantum, quae superstitione, & obscenitate, aliisque defectibus scaterent, qui morum innocentiae adversarentur. Id enim unice ex modo, quo sancti Patres loquuntur, argumentari potest, ut vel ex ipsis nominibus colligere est, quibus nuncupatas ab ipsis comedias diximus. Si enim comedie argumentum morale sit, & honestum, quod nil morum innocentiae adversum habeat, nihil in eis occurrat, per quod dici possit Sacrarium Veneris, & impudicitia consistorium, atque alias hujusmodi appellationes habere, quibus detestata à Patribus comedie nuncupantur. Audiat Florentinus supracitatus, qui conclusionem primam ita proponit: Licet sine peccato componere comedias, in quibus representationem nulla adhibentur vel verba illicita, & immodesta, seu etiam alicui nociva. Licet etiam eodem modo auctoribus illas recitare, & auditoribus interesse: habito tamen respectu, & adhibita debita moderatio quoad circumstantiam loci,

temporis, & personarum. Hæc conclusio est Sancti Thom. 2. 2. quæst. 168. art. 2. & 3. & omnes illam defendunt tanquam communem. Nec rem demonstratu difficillem arbitror. Fac enim, in comedia rem sacram exhiberi, vel morale argumentum esse, nihil vero in actoribus occurrere, quod vitia foveat; sed omnia ad virtutem, iustitiam, virtutisque commendationem ordinata esse, juxta artis poëticæ regulas: quid in ea deprehendas christianis illicitum? Officium histrionum, inquit S. Thomas loc. cit. quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est secundum se illicitum; nec sunt in statu peccati, dummodo moderate ludo utantur, id est, non utendo aliquibus illicitis verbis, vel factis ad ludum, & non adhibendo ludum negotiis, & temporibus indebitis. Atque ludum hujusmodi pettinere ad virtutem Eutrapeliæ post S. Thom. tradidit S. Antonin. part. 2. tit. 1. c. 23. S. 2. Summ. Theol. Cardin. Cajetan. Silvester, alique. Si ergo comedia ratione argumenti honesta, vel indifferens sit, ac loco, tempore, congruis personis, & gestis, ac verbis honestis exhibeatur, quid in ea erit ab illo histrionum ludo diversum, per quod illicita fiat? Numquid theatrales pompæ? At hæc natura sua male non sunt, sed indifferentes, & ad solatium hominibus exhibendum aptæ quam maxime sunt. Res autem indifferentes licite ad humanæ conversationis solatium adhibentur, ex eodem S. Doct. loc. cit. Dicent fortasse, delectare hæc homines, atque vanitatem fovere. At delectatio ex licito ludu, quæ recto sine percipiatur, vetita homini christiano non est. Neque pompæ, quæ honestam comediam exornent, vanitatem hominibus christiano indignam fovent. Si enim hæc licitam, atque honestam animæ recreationem pariant, ac delectationem, quæ ad comediam illam attentionem conciliat, quæ optimis morum præceptis instruat, si, cujusque finis sit homines ad vitii detestationem, atque ad virtutem seclandam movere, & allicere, non video quid in illis pompis reprehendi valeat; si peccatum non sit penes sumptus alios christianis virtutibus contrarios, de quibus in præsentia non disputamus. Hoc in sensu auctores, qui licitum theatrum præpugnant, diaboli pompas esse comedias negant.

6 Si comedie inhonestæ, turpes, obscenæque sint, nefas christianis esse easdem representare, vel audire. Inhonestæ dicuntur, quæ vel quidpiam continent morum præceptis contrarium, vel turpes, obscenæque res exhibent, vel obscenis verbis, aut actibus exprimentur. Hæc male sunt, atque illa etiam naturæ lege prohibita, quæ scandalum prohibent. Non solum enim præceptis illis contrariæ sunt, quæ inhonestas, ac turpes actus prohibent, sed etiam occasiones sunt ruinæ spiritualis proximi, cum inhonestæ, turpes, obscenæque actus, fabulis, aut verbis inhonestæ, atque turpia eorum fortius homines alliciant, & trahant, quo vividius, ac majori cum apparatu exhibeantur. Hinc nemo negant, graviter peccare actores, qui hujusmodi spectacula exhibeant. Non solum enim publice ac palam ei operam dant illicitæ, atque turpi, sed etiam actionem exercent, quæ in spectatori- bus pravos affectus, & gravia peccata natura sua excitat, atque parit. Et sane si prava colloquia, & studiosa pravorum librorum lectio, præsertim dum coram multitudine fiant, excusari à gravi culpa non possunt, quis excusabit à gravi culpa publicam fabulæ representationem, inter theatri pompas, & apparatus, à gravi peccato? Hæc enim fortiora sunt ad vitia incitantia.

7 Si actores graviter peccant, etiam auctores, cooperatores, spectatoresque gravis culpe sunt rei. Nam & in actionem illam moraliter influunt, quæ natura sua nata est depravare hominum mores, ut manifestum est. Auctores voco, qui componere comediam, cooperatores, qui mimos, ac mimas, saltatoresque dirigant, mercede illos conducant, vel alia præstent ad operam conducantia. Ad spectatores quod attinet, præterquamquod approbant rem illicitam, & solvendo pro audiendis, insipientisque comediiis pretio, morales illius cense dicuntur, quia pretii solutione ad operam illicitam exercendam venales mimos movent, periculo etiam peccandi sese exponunt, atque alios exemplo suo in hujusmodi periculum trahunt. Qui vero se libere exponit occasione peccandi,

etsi non peccet, gravis culpe reus est, ex theologorum omnium sententia.

8 Atque hinc facile patet, quàm æqua censura sit sapientissimi Pontificis Benedicti XIV. qua in opere de synodo diocæ. lib. 1. c. 10. ita Auctorem nostrum reprehendit: "De mimis porro laxa, ne dicam aperte erronea & scandalosæ doctrina, quam tradit Lucius Ferraris in sua Bibliotheca canonica tit. 2. verb. Clericus art. 4. in. 17. ubi etsi fateatur, non esse Clericis permittendum comicos agere, seu comediarum actores esse, attamen à gravi culpa eosdem absolvit comedias spectantes quantumvis turpes, atque obscenas, dummodo ex illarum auditione nullum sibi imminere prævideant probabile periculum lapsus, eorumque præsentia nullum in populum ingerat scandalum: Verum, ait, si comedia audiatur ob solam vanam curiositatem atque periculo probabili lapsus, etiam res turpes represententur, & modestè representandi sit turpis, probabilis est, non esse peccatum mortale, cessante scandalo, quod modo videtur necesse, & non esse, quia frequentissimum est Clericis comedias interesse. Quis enim est, qui non intelligat, reatim obscenarum vel solam narrationem pravos animi motus in audientibus excitare, eosque sensim ad inreputum disponere, juxta illud Apostoli effectum. 1. ad Corinth. 15. Corruptant mores bonos colloquia mala? Quæ vigilitur ratione, quo pacto evinire poterit, ut suæ spiritualis ruinæ periculum declinet, qui eandem turpium rerum theatrali interest representationi, quæ plus certe efficacitatis habent ad spectatorem mentes perturbandas, animos commovendos, & tandem ad peccatum inducendum? Quocirca etiam mollioribus ethices seclatores, hujusmodi comedias damnant, & ne dum Clericos, sed laicos quoque eas insipientes vix unquam gravem culpam evadere, communi calculo docent cum D. Thom. in 4. dist. 10. quæst. 4. art. 2. quæst. 2." Ad secundam questionem dicendum, quod hujusmodi spectacula, si sunt rerum turpium, & ad peccatum provocantium, studiosa eorum inspectio peccatum est, & quandoque in eis tanta potest libido adhiberi, ut sit etiam mortale: unde à tali inspectione omnes se arcere debent.

9 Palinodeum Lucius cecinit, ut legere est verb. Clericus: Sed tot ibi congerit probabilistarum auctoritates ad se excusandum, ut suspicari possit, voluisse hæc via ostendere, recitaram ab ipso opinionem, Pontificia probabilem, ac plausibilem esse præsertim iis, qui ex numero auctorum opiniones metiuntur. Ne vero hujusmodi apparatu lectores decipiantur, observandum hic duximus: 1. Summo Pontifici, dum pronuntiavit laxam hæc opinionem, exploratas jam fuisse probabilistarum sententias, atque etiam hæc censura perstrinxisse. 2. Turpes & obscenas comedias esse esse, quas Patres supra citati damnarunt, ac opera, pompasque diaboli dixerunt, quibus christianis abrenuntiarunt in receptione Baptismi. 3. Plura Concilia non solum antiqua, sed etiam recentia sub excommunicatione, aliisque ecclesiasticis poenis turpes obscenasque comedias populo interdixisse. 4. Denique, rationes n. 6. à nobis allatas satis ostendere turpes comedias naturæ esse lege prohibitas, ac graviter peccare tum actores, tum spectatores illarum. Hæc omnia perspecta, atque rite examinata fuerit à Sapientissimo Pontifice Benedicto XIV. dum censuram in hæc probabilistarum opinionem tulit.

10 Ajunt recentissimi à Lucto probabilistæ, abolitos contra consuetudine esse canones, quibus Clerici comedias interesse prohibentur, atque hos ab omni culpa excusari: Quia frequentissimum est Clericos comedias interesse. Numquid vero licita usu, & consuetudine fieri potest actio naturæ lege prohibita, atque ad ruinam animæ spirituales tendens? Hujusmodi vero est representatio, atque auditio turpis, obscenæque comedie, ut supra diximus. Rursus si Clerici spectatores sint, homines scilicet in Dei sortem vocati, sacro altari addicti, ac illius status, in quo ad altioris virtutis gradum adstriguntur, quis eos à gravi culpa excusabit, dum libere peccandi occasiones sese exponant; dum turpem, obscenamque operam præsentia sua probent; & dum alios exemplo suo ad id alliciant, & provocent? Numquid contraria consuetudine debuit tolli potest; quod ex pro-

prius obligatione enascitur; ac licita fieri actio, quæ maxime indecens proprio statui sit? Hujusmodi vero sunt turpes, obscenæque comedie ad Clericos comparatæ.

Audiant hic benigniores Casuistæ Sancti Caroli Borromæi sententiam à tot deinceps pastoribus Sancti Caroli Borromæi inculcatam. In Concil. 3. provinciali Mediolanensis Ecclesie hæc statuit, quæ legi possunt in actis ejusdem eccles. part. 4. pag. 400. "Publicorum peccatorum illecebras, quas homines depravatae consuetudinis errore decepti pro nihilo putant, concionator perpetuo reprehendat... Spectacula, ludos, lubricasque res id generis, quæ ab Ethnicorum moribus originem ducunt, disciplinaeque christianæ adversantur, perpetuo detestabitur, execrabitur. Demonstrabit incommoda, publicasque ærummas inde in christianum populum emanare. In quam sententiam valde populum confirmabit argumentis, quæ viri gravissimi Tertullianus, Cyprianus Martyr, Salvianus, & Chrysostomus afferunt. In eorumque argumenti genere nullum aliud omittit, quo tanta corruptela extirpetur. Chores, saltationes, ac tripudia, in quibus mortifera cupiditates excitantur, de suggestu sæpe graviter reprehendit, atque insectabitur. Personatæque actiones, unde tanquam è quodam seminario semina malefactorum, ac flagitorum penè omnium existunt, quàm à christianæ discipline officiis abhorrentes, quàm valde cum paganorum institutis convenientes atque diaboli astu inventæ, omni officio à populo christiano exterminandæ sint, quæ maxima porit religiosa contentione ager. Omnem in muliebri vestitu luxam, caudatas vestes, superbum ornatum, deformem illam ornandi speciem, muliebres fucos, ac pigmenta, neceteraque ad molliem, atque adeo ad libidinis incitamentum fœde excogitata, omni persuasionum vi, & argumentorum quasi telis oppugnat. Quæ multa subministrabant magni illi ecclesie viri Cyprianus Martyr, Augustinus, & Ambrosius in primis."

† In hoc articulo de comediiis à se de novo addito, immerito exaggerat R. Theologus contra ea, quæ à me tradita in prima editione in verb. Clericus art. 4. retractaveram jam in supplemento ad idem verbum in editio. posteriorib. ubi post adductos Auctores, quos fueram secutus, tandem sub num. 22. ingenue subdidi; sed quidquid de illis, prævio recessu à sequela ipsorum, quod scripsi loc. cit. num. 17. & 18. expunctum penitus volo. Unde cum ibi clarissime mentem meam aperuerim, & in claris nulla admittatur interpretatio ex communi post Gloss. in cap. Quam dilectus 8. de consuetud. verb. Nec Juri communi: & colligitur ex leg. Licet Imperator 74. de leg. 1. & leg. Ille, aut ille 25. de leg. 1. nescio quo animo voluerit falso interpretari mentem meam jam aperte manifestatam, eamque torquere in sensum obliquum, & à veritate aberrantem. Voluisset potius serio perpendere propositionem meam, & invenisset illam, prout à me traditur, restrictam ac modificatam quatuor illis adjectis conditionibus, non tanopere, ut exaggerat, pugnare cum auctoritatibus, aliisque à se ibi adductis. Præterquamquod debebat animadvertere criticus theologus quod Benedicti XIV. immortalis memorie Pontifex, in sua censura loquitur ut merus Doctor privatus, ut ipsemet testatur in præfatione primi sui tom. de synodo diocæ. S. Prima, hujus operis, præcis his verbis: "At ubi neque à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, neque à nobis in bullario, aut alibi apostolica auctoritate quidquam definitum est, ac generaliter omnibus in rebus, quibus nullum est publica auctoritate pondus accessit, nihil nos definire, ac veluti decretorium exhibere intendimus... libentique animo subscribimus doctrinæ scriptoris egregii Melchioris Cani, qui nihil. 6. de locis theologis cap. 8. in responione ad n. num. argumentum, de libris agens, qui à Summis Pontificibus conscripti publicantur, hæc ait: Cum edunt libros de re qualibet Romani Pontifices sententiam suam, non homines alii docti expriment, non tanquam ecclesie Judices de fide pronuntiant. Magnus ille prædecessor noster Innocentius IV. commentaria sua in libros decretalium scripsit, quum summum Pontificatum gereret... neque profecto Innocentius hoc sibi unquam arrogavit, Dda

ut, quidquid in eo opere scripsisset, pro re definita haberetur, sed facile passus est, opinionem suas, quas tamquam privatus Doctor proposuerat, ab aliis Doctoribus oppugnari, ut patet ex ipsa, quam citavimus, illius vita, multoque magis ex ea, quam sibi amplissimam hac in re licentiam supermerit Canonista, dum sententiam ab Innocentio suis in commentariis insertas saepe deserere, & in alia omnia ire non dubitarunt. Hec ille ad literam, qua si attendisset theologus noster, tam acri stylo forsitan non perstrinxisset quae tradideram opportunis jam restrictionibus moderata. †

Comediae sunt Clericis prohibita. Vide verb. Clericus art. 4. a num. 16. & verb. Luxuria num. 87.

Comedii sunt infames, & irregulares. Vide verb. Infamis sub num. 11. & verb. Irregularitas art. 1. sub numero, 11. vers. Oclava.

COMPENSATIO.

SUMMARIUM.

- 1. COMPENSATIO quid sit, quando est licita, ad n. 12.
- 13. Pro foro externo varia sunt dubia a Jure excepta, in quibus compensatio non potest fieri etiam si adsint conditiones requisitae ad occultam compensationem, & alia via talia debita obtineri nequeant, ad num. 18.
- 19. Pro foro tamen interno, seu conscientiae, supradictorum debitorum exceptio locum non habet, sed licite potest fieri compensatio occulta etiam in omnibus dictis casibus.
- 20. Famuli, & famulae domesticae non possunt occulte heredis suis surripere ad compensandum operam suam, quam absque certa, & evidenti cognitione majorem judicant salario, quod recipiunt.
- 21. Afferitur ratio.
- 22. In propositione ad id damnata includuntur non solum famuli, & famulae domesticae, sed etiam omnes illi, qui pro mercede, & salario operas, & servitium praestant.
- 23. Si vero non solum probabiliter, sed certo, & evidenter constat mercedem, seu stipendium famulis, vel aliis stipendio conductis, ac servientibus personis ex justitia debitum esse minus justo, tunc eis licitum est uti occulta compensatione.
- 24. Sic etiam licita est occulta compensatio, quando certum est, quod famulus invidios occupatur in aliis, ad qua non est conductus, nec datur ei stipendium, quod juxta servitii proportionem ab aliis communiter dari solet.
- 25. Item licita est occulta compensatio, quando herus, vel stipendium promissum integre non solvit, vel si solvit, solvit in materia inferiori, ex qua famulus damnum patitur.
- 26. Item licita est occulta compensatio, si famulus fuerit invitus a domino coactus dolo, minis &c. ad servendum pretio minori infimo justo, vel pretio minori eo, quod communiter dari solet aliis talia servitia praestantibus.
- 27. Confessarii satis caute procedere debent cum se occulte compensantibus, & firmiter in praxi tenere, quod nisi evidenter, certo, & indubitanter constet stipendium, seu salariam esse injustum, nunquam liceat famulis, aliisque mercede conductis, occulta compensatio.
- 28. Nec in judicando, an stipendium, seu salariam sit evidenter, certo, & indubitanter injustum, standum est iudicio famulorum.
- 29. Immo nec quantum ad hoc standum est iudicio cuiusvis obvi mediocriter docti Confessarii, sed debet inquiri vir valde doctus, multumque prudens, ac peritus in rebus similibus.
- 30. Advertendum enim est, an adsint alii, qui pro tali villi stipendio parati sint tale servitium praestare, aliaque animadversiones, ad n. 33.

34. Additiones inseruntur, ad num. 49.

COMPENSATIO est debita, & crediti inter se contributio; lex Compensatio 1. ff. de compensationibus lib. 16. tit. 2. & secundum Polman. Breviar. Theolog. part. 2. num. 143. Compensatio est rei unius per alteram adaequatio, & tantidem refutatio, & fit n. gr. cum quis tibi debet centum scuta, & illa nequis via ordinaria recuperare ab eodem debitore, in occulto ei surripitis totidem scuta; vel si debitor ejusdem occultus existas, solutionem in aequivalenti non praestes. Et haec compensatio, si debite adsint conditiones, est licita; leg. Postquam 21. ff. de compensationibus. ibi: Placuit inter omnes, id quod invicem debetur, pro jure compensari; leg. Ideo 3. ff. de compensat. ibi: Quia inter nos, quod solvitur, quod interest nostra pariter non solvere, quod solum repetere. Compensatio enim ad instar solutionis accipitur, ut constat ex leg. Si debitor, ff. Qui potior in pignore, ubi dicitur: Nihil interesse solvitur, ne aliquid, an compensaverit, & ex leg. 76. de verbos. significat. ubi dicitur: Deditisse etiam cum intelligendum esse, qui compensavit. Et sic tenet Gloss. in cap. Jus gentium 9. distinct. 2. verb. Sedium: D. Thom. 2. 2. quae. 10. art. 5. ad 3. Abbas in cap. Sicut 29. num. 12. & 15. de Jurisjurand. Sylvester verb. Furtum quast. 13. Navarrus in Manual. cap. 17. num. 112. Engel l. 3. decis. tit. 23. & 16. Reiffenstuel. ibid. num. 57. Laym. l. 3. tract. 3. part. 1. cap. 1. num. 9. & communis aliorum. Et ratio est quia Jure naturali, & gentium licitum est ex rebus debitoris sibi satisfacere, seque indemnem reddere, quando alter solutionem obtinere quis nequit. (Vide cit. leg. 2. infra in addit. hisq. verba praecedentia astruunt doctrinam hucusque traditam.) Ad hoc autem ut sit licita compensatio occulta, requiruntur sequentes conditiones. Prima: Ut debitum sit certum, id est, ut mortaliter certo constet rem esse tuam, aut tibi ex justitia deberi, leg. 4. de compensat. In dubio enim melior est conditio possidentis; regul. 65. Juris in 6. (Vide lit. D. pag. 91. numer. 40. tit. 13. lib. 4. Recop. Castell. 4. tit. 4. lib. 4. For. Reg.) Secunda: Ut debitum sit strictum, & proprium debitum, id est, quod sit res debita ex justitia, & non solum ex convenientia, & gratitudine, nam haec non inducit stricte & proprie dictum debitum. Tertia: Ut res non possit alia via recuperari, vel saltem non absque notabili molestia, aut expensis, vel amissione favoris, aut benevolentiae, sive jactura honoris, ut v. gr. si debitum sit quidem certum, & strictum, sed desit probationes, vel si habeantur, gravi tamen metu nequeant produci leg. 13. ff. Quod metus causa.

Quarta: Ut non fiat compensatio in re alterius, sed in re ipsius debitoris, nam si fieret compensatio in re alterius, tertius ille gravaretur. Quinta: Ut fiat sine periculo scandalii, seu sine periculo damnificandi tertium, ne videlicet compensatio alicui imputetur tamquam furtum, & cogatur indebite restitui. Sexta: Ut fiat sine periculo damnificandi ipsum debitorem vel ejus haeredes: ne videlicet ab ipso debitore, vel ejus haereditibus tibi, vel tuis haereditibus idem debitum iterum solvatur; vel ne ipse debitor, aut sui haeredes, putantes necdum esse solutum, maneant in conscientia peccati, nolendo solvere. Septima: Ut in compensatione non plus accipiat, quam revera debetur, aliquin excessus ille esset contra justitiam, & consequenter in conscientia restituendus. Octava: Ut fiat sine praedictis tenis, ut esset si compensatio fieret in re alteri, v. gr. locata, aut commodata; hinc enim in tali casu fieret injuria, & praedictum causaretur, si ante tempus expletum res locata, vel commodata eriperetur. Et sic etiam in casu, quo essent alii creditores, quibus de Jure deberetur anterior, vel partialis solutio: tunc enim si Petrus, v. gr. creditor sciat Paulum debitorem suum non posse solvere omnibus etiam aliis creditoribus habentibus aequala Jus, non potest Petrus integrum debitum suum eam subducere Paulo, sed tantum pro rata. Sic etiam in casu, quo tu non possis debitum a Rege obtrahere, non potes illud tibi compensare, defraudando, v. gr. gabellas venditas, seu locatas, v. gr. Petro, quia hoc faceres in praedictum Petri, cum

compensares tibi non ex bonis Regis, sed ex bonis, quae licet fuissent Regis, jam nunc ratione venditionis, seu locationis, essent Petri, qui solus, & non Rex, damnus ex illa compensatione sentiret; tum quia licet Petrus conducat, vel emat jus gabellarum, non ideo obligatio Regis transferatur in Petrum; sicuti ex eo quod conducas, vel emas agrum Pauli, & jus percipiendi fructus ex illo, non ideo obligationes Pauli transferuntur in te: ergo non ideo habebis jus compensandi ex gabellis, nisi quando ista manebunt Regi. Sic Corduba in Sum. q. 95. dub. 3. Reginald. in prax. tom. 1. lib. 10. cap. 24. n. 383. Jacob. Graffius in dec. aur. part. 1. lib. 2. c. 125. n. 39. Spoter. tract. 5. in septim. & decim. precept. decal. c. 5. sect. 3. de occulta compensat. num. 81. Claudius La Croix tom. 1. lib. 1. tr. 5. n. 970. & alii contra varios alios.

Pro foro externo varia sunt dubia a Jure excepta, in quibus compensatio non potest fieri, etiam si adsint conditiones requisitae ad occultam compensationem, & alia via talia debita obtineri nequeant. Primo: v. gr. Creditor quoad rem apud se depositam a debitore, non potest in foro externo compensationem facere, cap. Bona fides 2. de deposito, ibi: Sane depositore licuit, pro voluntate sua depositum revocare, contra quod compensationi, vel deductioni locus non fuit, ubi per ly deductioni intelligitur compensatio ex parte; Gloss. verb. Contra quod: ubi dicit: Quod nec in voto, nec in parte admittitur compensatio contra depositum. (Leg. 5. tit. 3. part. 5.) Secundo: Creditor, quoad rem sibi commodatam a debitore non potest in foro externo compensationem facere; leg. fin. cod. de commod. ibi: Praetextu debiti, restitutio commolati non probabiliter recusatur. Licet enim variis hoc negent de commodato, & concedant solum de deposito; tamen est utrobique par ratio, quia sicuti depositum committitur soli fidei depositarii, ita commodatum soli fidei commodatarii; immo fortius videtur obligare ipsum commodatarium res commodata, quam depositarium res deposita, quandoquidem magis obligatur quis pro eo quod datum, & acceptum est in alterius gratiam, & commodatum. (Leg. 9. tit. 2. part. 5.) Tertio: Creditor non potest in foro externo compensationem facere in rebus debitoris, quas inique ex furto, rapina, fraude, & spolio occupat; leg. fin. cod. de compensat. ibi: Possessionem autem alienam perperam occupantibus compensatio non datur. (Leg. 27. tit. 14. part. 5.) Quarto: Creditor non potest in foro externo compensationem facere in rebus, quas ex causa vectigalis, vel tributis debet Principi, vel Reipublice sibi debitoribus; leg. 3. cod. de compensatione. (Leg. 26. tit. 2. part. 5.) Pro foro tamen interno, seu conscientiae supradictorum debitorum exceptio locum non habet, sed licite potest fieri compensatio occulta etiam in omnibus dictis casibus. Et ratio est, quia de Jure naturae, & gentium potest quilibet creditor sibi de quolibet re debitoris satisfacere, quando aliter vel non nisi cum maxima difficultate, & summo incommodo potest satisfieri, adeoque in ipsis casibus, non obstantibus Juribus positivis, poterit creditor etiam in deposito, in commodato, in vectigalibus, & tributis, & in rebus alienis inique per rapinam, & fraudem hujusmodi occupatis, facere compensationem.

Falsum est, in rebus alienis inique per rapinam, & furtum occupatis, fieri compensationem posse in foro conscientiae. Nam haec debitoris non sunt, easque proprio dominio restituere tenetur; ideoque ex re aliena compensaretur, quae clamat ad dominum suum, ut dicitur, ubi de furto disputabitur. Iniqua ergo haec compensatio erit; & obligationem secum ferre debet restituendi illam proprio domino.

Non enim est credendum, quod in similibus casibus Jura positiva voluerint creditores suo Jure private in ordine ad consequenda sua credita, quia hoc esset eisdem noxium, & commodum inferret debitoribus, ne tenerentur satisfacere.

Circa compensationem, quam solent facere famuli, & famulae surripiendo occulte de bonis dominorum, ex quo judicent mercedem, seu salariam eorum non correspondere suo famularum, & esse minus justo, absolute tenendum est, esse omnino illicitam, si famuli, vel fa-

mulae absque certa, & evidenti cognitione simile iudicium ferunt ex fundamento, sive apparet, sive vere probabiliter tantum; ut habetur clare, & expresse ex contraria doctrina damnata ab Innocentio XI. sub die 2. Martii 1676. in sequenti propositione ordine 57. ex ibi damnatis: Famuli, & famula domesticae possunt occulte heredis suis surripere ad compensandum operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt. Et ratio est, quia ex dictis sub num. 3. prima conditio requisita ad licitam occultam compensationem est, ut debitum sit certum; ergo non sufficit debitum solum probabile. In dubio enim, vel pari causa, melior est conditio possidentis; reg. 65. jur. in 6. (Vide supra n. 3. in fin.) Unde cum dominus sit in possessione sutorum bonorum, iis a famulo, seu famula ob probabilem solum rationem privati nequit, quia possessio legitima tribuit Jus certum retinendi, quo spoliari ob rationes solummodo probabiles nemo potest; arg. cap. Dilecto 28. §. fin. de verb. signific. Peregre 44. ff. de acquir. possess. (Vide proxima.) In damnatione supradictae propositionis includuntur non solum famuli, & famulae, sed etiam omnes illi, qui pro mercede, & salario operas, & servitium praestant, ut sunt opifices, seu artifices, Administratores, Consilarii, Judices, Ministri, Secretarii, Belliduces, & hujusmodi; his enim omnibus est etiam illicita occulta compensatio, nisi adsint omnes conditiones requisitae ad justam, & licitam compensationem, & adductae supra a num. 3. usque ad 12. Ita Cardenas in propositiones damnatas dissert. 23. cap. 1. art. 3. ubi dicit, quod cum eadem sit ratio de istis ac de illis, consequenter idem debet esse iudicium, & eadem juris dispositio; arg. leg. Illud, ff. ad leg. Aquil. (Vide lit. A, pag. 198. in fin. num. 15.) Si vero non solum probabiliter, sed certo, & evidenter constet, mercedem, seu stipendium famulis, vel aliis stipendio conductis, ac servientibus personis ex justitia debitum, esse minus justo, tunc licitum est famulis, aliisque stipendio conductis uti occulta compensatione, quia in simili casu famuli, aliisque stipendio conducti accipiunt solum, quod suum est, vel saltem, quod eis certo debetur, nec alia via eis suppetit ad suum repetendum, nisi cum maximis incommodis, & periculis, ut videtur ordinarie evenire, quando famuli pro sua justa mercede obtinenda cum dominis in iudicio contendunt. Sic tenet Carden. in propositiones damnatas dissert. 23. c. 1. art. 1. n. 38. Navarr. manual. c. 17. n. 171. Molina dist. 506. n. 5. La Croix l. c. n. 971. & communis aliorum; arg. leg. 6. ff. de compensat. Vide tamen in caecae tomii utinam notas Rom. Theol. ad hunc n. 23. Vide Antoine tract. de Just. & Jur. c. 5. q. 9.

Sic etiam quando certum est, quod famulus invitus occupatur in aliis, ad qua non est conductus, nec datur ei stipendium, quod juxta servitii proportionem ab aliis communiter dari solet, tunc licita est occulta compensatio. Item licita est occulta compensatio, quando herus, vel stipendium promissum integre non solvit, sed si solvit, solvit in materia inferiori, & qua famulus non indiget, & cogitur eam vendere minori pretio, quam sit stipendium convenum. Item licita est occulta compensatio, si famulus fuerit invitus a domino coactus, dolo, minis &c. ad servendum minori pretio, infimo justo, vel minori pretio, eo quod communiter dari solet aliis talia servitia praestantibus; in his igitur solum casibus, & totaliter consimilibus licita est occulta compensatio. Cardenas loc. cit. Lessius lib. 2. cap. 2. num. 82. Molina dist. 506. Navarr. in manual. dist. cap. 16. & communis aliorum. Unde Confessarius satis caute procedere debet cum occulte compensantibus, & firmiter in praxi tenere, quod nisi evidenter, certo, & indubitanter constet stipendium, seu salariam esse injustum, nunquam liceat famulis aliisque mercede conductis, occulta compensatio. Nec in iudicando, an stipendium, seu salariam sit evidenter, certo, & indubitanter injustum, standum est iudicio ipsorum famulorum, cum isti in causa propria facile decipiantur; amor enim proprius facit saepe credi evidens, quod dubium, aut vix probabile est: immo nec quantum ad hoc standum est iudicio cuiusvis obvi mediocriter docti Confessarii, sed debet inquiri vir valde doctus, multumque prudens, ac peritus in rebus similibus, ut omni-

- nibus pensatis iudicet; an certum, & evidens sit, quod tale stipendium sit injustum, & sic licita sit occulta compensatio: Difficillimum enim est iudicare, quodnam sit stipendium, seu salarium certo, & evidenter injustum, ob varias circumstantias temporum, & personarum, & consuetudines locorum, quæ possunt compensationem illam occultam reddere licitam. Advertendum enim est, an adsint illi, qui pro tali vilis pretio, seu stipendio parati sint tale servitium præstare? Item advertendum est, an famulus se potius ad inserviendum obtulerit, & dominus sui servitii parum, aut nihil indigerit, & potius in gratiam ejusdem ad servitium receperit. Item advertendum est, an famulus conductus ab initio contractus cesserit Juri suo ad majus stipendium, & se contentum declaravit stipendio convento, quia in his hominibus, & consimilibus casibus, stipendium adhuc esset justum, quamvis solito minus, ut communiter fatentur Doctores. (Conducunt exposita lit. F. pag. 22. col. 2. & pag. 23.)
- ✦ Nisi pactum intercesserit de minori mercede; nam posito hoc pacto, majus stipendium non debetur, ut numer. 33. exprimitur. ✦
- ✦ De compensatione occulta, de qua hic potissimum agit Auctor, meum non est disserere. Consule tamen pro re nata Zamor. de compens. ad utrumque forum pertinent.
- Compensatio profuit ex naturali æquitate primum, deinde ex civili ratione. In hoc naturalis æquitas consistit, quod nostri interest potius non solvere, quam solum repetere, & dolo agit, qui quod est restitutum petit. (Leg. 28. 29. & 30. tit. 14. part. 5.) Civilis ratio in eo versatur, quod lites imminui reipublicæ interest, Mestert. de compensat. quasi. 1. num. 1. & 2.
- Effectum compensatio habet solutionis; leg. 4. cod. de compensat. Quocirca non tantum prior obligatio, sed & omnia ejus accessoria censentur sublata; Stryck. in usu mod. Pand. lib. 16. tit. 2. §. 2. Locumque ex hac ipsa ratione sibi vindicant compensatio in processu executivo, tum etiam post rem judicatam in termino executionis; Stryck. in usu modern. Pand. lib. 16. tit. 2. §. 11. ✦
- Quinimo pinguior compensatio in eo est solutione, quod pupillo solvi nequit sine decreto magistratus; §. ult. institut. quibus alien. licet, vel non licet. (Leg. 4. tit. 14. part. 5. Ad rem, leg. 6. tit. 18. part. 3. §. 11. tit. 1. part. 5. lit. A. pag. 87. colum. 2.) Potest tamen opponi compensatio; leg. 1. §. 4. ff. de compensat. leg. 3. cod. cod. leg. 13. cod. de contr. tutel. action. (L. 21. tit. 14. part. 5.)
- In primis autem, & ante omnia præsupponitur debitum utriusque liquidum. Nota vero, quod ad sistendum cursum usurarum datur etiam compensatio cum credito certo, sed non liquidato in principio, sed ex intervallo; Rota in Roman. Cambii 1. Martii 1728. cor. clar. mem. Calcagnin.
- Alius pro alio non recte compensat; Leg. 18. §. 1. ff. de compensat. (Vide proxim. leg. 21.) Limita tamen, si tertii intersit compensationem talem ex debito ejus fieri.

✦ Multiplices casus assignantur ab Auctore in quibus compensatio fieri nequit; sed inter eos numerati non inveniuntur præter alios, dum aliquis Regi, seu Communitati quidquam fuerit rogatus restituere, tam in testamento, quam quilibet alia ultima voluntate, aut contractu; ingredi enim haud potest compensatio, casu quo Rex, sive Communitas debitores fuerint ejusdem, qui illud restitutus esset (1).

✦ Super hoc assertum nulla occurrit ambiguitas, dummodo per confessionem partis, vel intra decem dies per testes, instrumentave sit apposita, & probata compensatio exceptio: è diverso verò, si intra eodem non probetur (2).

(1) Leg. 16. tit. 14. part. 5. ibi: E aun decimos, que si algun ome estableciere á otro por su heredero, só tal condicon que despues de sus dias aquel heredamiento fincase á la Cámara del Rey, ó al Comun del Concejo, ó le diese maravedis en fielsdad, ó otra cosa cierta que diese á la Cámara del Rey ó al Comun: maguer el Rey ó el Comun le oviesen á dar á el alguna deuda, non puede ser esquitado lo uno por lo otro.

(2) Leg. 20. ejusd. ibi: Pero el Juzgador debe catar primeramente, ante que mando facer este quitamiento, si aquel que quier descontar una deuda por otra, puede luego probar é averiguar lo que dice, ó á lo mas

ri. Quo fit, ut fidejussor opponere valeat compensationem ejus quod debitori debet creditor, etiamsi vel maxime debitor non amplius solvendo sit, & concursus jam excitatus fuerit. Vide & alia exempla apud Stryck. in usu modern. Pand. lib. 16. tit. 2. §. 5.

An cessionario obstat compensatio, quæ obstat cedenti, non est una omnium sententia. Distinguitur communiter, utrum cessio facta sit ex causa onerosa, an ex causa lucrativa, & an cessionarius agat tanquam Procurator in rem suam ex jure cedentis, an vero jure proprio, ita ut cessionario qui ex causa onerosa jus creditoris sibi acquisivit, & actione utili agit, compensatio obijci non possit. At compensationem indistincte obijci cessionario posse, tenent Franzk. lib. 1. resolut. 13. fere per tot. Guid. Pap. dec. 567. Thesaur. dec. 221. Afflic. dec. 82. num. 4. & sequent. Hoc verò certum, si post factam cessionem cedens debere incipiat debitori cesso, compensationem locum non esse, modo debitori cesso facta fuerit cessionis notificatio; Franzk. l. 1. dict. resolut. 14. n. 41. & sequent.

De compensatione vide qui breviter, sed dilucide de ea agit Mestert. de compensat. ✦

COMPETENTIA PASTORALIS.

✦ Cux circa seculum X. contigerit, ut quibusdam in locis ecclesie parochiales Canoniconum, & Monachorum, collegis incorporarentur, & Canonici ipsi ac Monachi perique adhibita sit cura illarum parochialium ecclesiarum, eam in Presbyteros, quos Vicarios dixere, transulerint; ordinatum fuit, ne defectu sustentationis, Ministri hujusmodi curam negligerent, ut ex decimis, aliisque proventibus per tales incorporationes ad monasteria, vel similia corpora devolutis, tantum ut minus detraheretur, & eorum possessores dare cogentur, quantum curæ animarum debite exercendæ requireretur.

Hac portio ex decimis, aut illis proventibus ecclesiasticis Ministris ecclesiarum parochialium curam sustentationis subministranda, vocatur communiter Portio congrua, quasi, scilicet, congruus illi cui assignatur, id est, proportionata illius necessitatibus; & venire nomine Competentia pastoralis, apud omnes competentem est. Portionem congruam sive competentiam pastorem debere esse talem, quæ Presbyterorum parochialium ecclesiarum curam gerentium, ipsiusque parochie necessitati decenter sufficiat, evincit universa ecclesie decreta.

Porro cum hæc sufficientia à temporum, personarum & locorum diversitate plurimum dependeat, neque generaliter, quid sufficiat, decerni queat, sed ex pluribus factis frequenti mutationi obnoxii judicandum sit; necesse est, ut determinatio portionis congrue sive com-

tarde facta diez dias. E si lo probare asi, ó conoscere el otro la deuda, entonces lo debe mandar, asi como es sobredicho. Mas si entendiere, que lo non podria tan aína probar, porque los testigos son luefie, ó las cartas de la prueba, estonce non le debe otorgar el quitamiento sobredicho, ante debe andar por el pleyto adelante, como el derecho manda. Leg. 2. tit. 25. lib. 4. ibi: Pero es nuestra merced, que el dendor que alegare la tal paga ó excepcion, no la probando dentro de los dichos diez dias en la manera que dicha es, que pague luego al mercader ó al acreedor. Vide verb. Probatio artic. 1.

competentia pastoralis arbitrio Judicis fiat, qui omnibus rite expensis statuat quid hic & nunc sustentationi Presbyterorum & parochie necessitati succurrendæ decenter sufficiat.

In determinatione hujus competentie, observat post Canonistas Joannes Tournet, quod Judex attendere debeat qualitates partium, situm locorum, quantitatem proventuum, amplitudinem parochie, numerum parochianorum, onera ordinaria & extraordinaria, aliasque similes circumstantias; quæ omnia variis Judicium sententiis confirmata videntur.

In quantum portio congrua sive competentia pastoralis desumitur ex decimis intra limites parochie excessentibus, negari nequit, quin de Jure favorabilis dicenda sit hujusmodi assignatio. Ita Wamesius cons. 452. n. 9. cui unanimiter consentiunt Canonistas.

Itaque notat Rebuffus tract. de congrua portione n. 82. quod Judex debeat potius inclinare ad partem congruam Vicariorum, quam ad possessorem decimarum.

Assignationem portionis congrue sive competentie pastoralis esse causam alimentorum, extra dubium est. Porro si in casu alimentorum ex notorio Jure & praxi summarie, & per provisionem sit procedendum, vel magis in hac causa hic procedendi modus servandus erit. Ita Rebuffus eodem tract. num. 54. & tract. de sententia provisionali in præfatione num. 30.

Competentia pastoralis adjudicatur per modum provisionis, si contingat in ejus assignatione oriri aliquam difficultatem.

Competentia pastoralis transactio, vel conventio tolli minime potest, nullo quippe facto effici potest, ut non dentur necessaria alimenta parochie, aliisque in vinea domini laborantibus.

Conventio, sive transactio super competentia, si fiat quandoque declimatorie inter & Vicarios privata auctoritate, successoribus præjudicare nequit, quin ea non obstante majorem competentiam petere queant.

Si vero transactio auctoritate superiorum interveniente legitime inita & firmata fuerit, ea quidem ad successores transibit; sed nequaquam ita ipsos ligabit, quin circumstantiis probabiliter mutatis portionis congrue, augmentum petere queant. Ita Rebuffus, qui ulterius monet, quod ille idem Vicarius, qui super portione congrua convenit, possit augmentum ejusdem petere, si notorie appareat illum Vicarium nunc ex illis vivere non posse.

Sicut per transactionem, sive quomcumque conventionem tolli nequit competentia, eo quod necessariae alimentacionis loco sit; ita eandem ob causam nec compensatione elidi potest.

Onus assignandi portionem congruam sive competentiam decimis inhæret, & reale est.

Proinde in unionibus seu incorporationibus ecclesiarum parochialium cum decimis ac proventibus ad eas spectantibus, solet adijci hæc similisque clausula: Reservata tamen de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus pro Vicario perpetuo in eis instituendo congrua portio, ex qua idem Vicarius commode sustentari valeat, Jura episcopalia solvere, & alia sibi incumbenda onera supportare. Rebuffus ad regul. Cancell. de unionibus gloss. 11. num. 16.

Portio congrua, sive competentia debet esse sufficiens pro tot Presbyteris, quot ad curam animarum parochie requiruntur.

Proinde ex mente Synodi Tridentinæ nequaquam competentia sufficiens erit, si non sufficiat tot intertionendis Sacerdotibus, quot sufficient ad sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum.

Hinc patet Parochum, sive Vicarium perpetuum petere posse augmentum portionis congrue, tametsi hæc quam habet, sibi quidem sufficiat, sed nequaquam sufficiens sit Presbyteris, qui sibi in administrandis sacramentis, & cultu divino celebrando pro multitudine parochianorum, aut latitudine parochie adjungere debet.

Parochus postulans competentiam augmentum, ut plures sibi Presbyteros adjungere queat, hoc unum ostendere debet, quod in ecclesia sibi concreta populus ita numerosus sit, ut nec ipse, nec hi, qui modo adjuncti

sunt, sufficere possint ecclesiasticis sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo, tametsi forsam ejus prædecessores vel soli, vel cum uno alterove adjuncto Presbytero, curam animarum sustinerint.

Si per beneficiorum simplicium unionem ecclesiis parochialibus sufficienter provideri nequeat, vult Synodus Tridentina, sess. 24. cap. 13. de reformatione: Ut primitiarum, aut decimarum assignatione, aut per parochianorum symbola ac collectas, aut qua commodiori Episcopo videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochie necessitate decenter sufficiat.

Et quidem quoad primitias atinet, cum hodie non alio quam voluntariarum oblationum loco habeantur, atque inter voluntarias oblationes recenseantur, merito in assignanda competentia pastoralis, earum ante decimas ratio habetur. Neque enim dubium, quin oblationes, & quæ oblationum nomine veniunt, magis proprie ad Parochum, quam decimæ pertineant; ut monet Zypæus l. 3. de consuet. can. consuet. 3. de parochiis num. 14.

Ac propterea si oblationes alteri quam parochio competant, prius ratione harum oblationum ad congruam portionem, sive competentiam is tenetur, quam decimarum possessor, ac prius oblationes parochie vindicandæ; quæ si non sufficiant, tum demum ad decimas recurrendum.

Hoc vero intelligendum est de oblationibus quæ ex solo privilegio, aut præscriptione ad pastores, v. gr. primitivos transierunt, & quæ secluso privilegio, aut præscriptione, & voluntate offerentium, & Jure communi ad parochum spectarent; qualia esse solent ea que in defunctorum inhumationibus offerri, sive donari solent; secus vero de oblationibus, quæ ex voluntate offerentium in alium pium usum offeruntur. Hæ enim nullatenus in parochorum competentiam convertendæ videntur.

Licet omnibus decimis indifferenter onus competentie pastoralis videatur inhætere, atque cum hoc onere ad suos transiisse possessores; tamen indubitatum est, quod & inter decimas nonnullæ sint, quæ specialiori titulo præ reliquis huic oneri sunt subjectæ, eo quod propriis, & specialius ad parochos pertineant.

Hac ratione decimæ novalis, ceteris paribus, prius parochio addicendæ sunt, & ad competentiam possessoribus exentiendæ, quia propriæ parochorum sunt, ac difficilium quam veteres decimæ à parochio ad alios transferuntur. Ita Zypæus loc. cit. cons. 3. de parochiis n. 5.

Quoad decimas non novalis seu veteres, ante alias competentie, seu congrue portioni obnoxie sunt, quæ ultimo loco ab ecclesia parochiali decise.

Hinc inter decimarum possessores ante reliquos ad competentiam ordinarie tenentur hi, qui dicuntur primitivi pastores, qui solent possidere ipsas ecclesias parochiales incorporatas cum decimis, & proventibus sub expressa conditione assignandi Vicario congruam portionem, si ipsi per se curam earum ecclesiarum non habeant.

Præterea de Jure communi in Clement. 1. de Jure patronatus: Diocesanis sub obestatione divini judicii districte inhibetur, ne presentatum aliquem per quamcumque personam ecclesiasticam Jus presentandi ad ecclesiam aliquam habentem admittant; nisi intra certum terminum competentem, per diocesanos ipsos presentantibus presigendum, ipsi presentatum fuerit coram eis congrua de proventibus ecclesie portio assignata: quam si tunc presentantes intra terminum ipsum assignare neglexerint, ne factum eorum noceat presentato, statuitur ut ex tunc diocesanis debeant presentatum (nisi aliud canonicum obstat) admittere, & in penam presentantium, ad diocesanos ipsos potestas assignacionis hujusmodi devolvatur.

Cum Episcopo incumbat providere, ut ecclesiis parochialibus de sufficientibus, & idoneis ministris provideatur; immo & ipsis injungat Synodus Tridentina, ut per beneficiorum unionem, aut primitiarum, vel decimarum assignationem, aut qua commodiori vel videretur ratione curet, ut tantum redigatur, quod pro Rectoris ac parochie necessitate decenter sufficiat, dubitari nequit, quin Episcopi sit, omni modo adlaborare, ut competentia assignetur non tantum ipsi parochio, sed etiam tot presbyteris, quot necessarii sunt, ut parochie neces-